

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Caro siue corpus b
cum fonte primo

Spiritus deficit ubi caro requiescit.
Vt enim caro mollibus, sic anima duris nutritur.
Illam blanda refouent, hanc aspera exercent.

Augustinus super Iohannem.

Abominatio ergo est animae,
spes prauorum quia nimirum
spiritus deficit, ubi caro requiescit.
Vt enim caro mollibus, sic anima duris nutritur:
illam blanda refouent, hanc aspera exercent;
illa delectationibus pascitur,
haec amaritudinibus uegetatur.

Gregorius Magnus, *Moralia in Iob*, 10.24
(CCSL 143, M. Adriaen ed., p.567, ll.11-15).